

memoriam eius in corde tuo. ne morā
 prealens extra memoriā dei sine secu-
 ritate stas. qz securitas apud deū ex ip-
 sius frequenti colloquio multaqz ora-
 tione. hxc ysaa cabbas. Inde est qd dicit
 abbas effrem. Oratiōes demiqz pfecte
 illoz qui ex toto corde diligunt deum
 cū magna exultatiōe ad celū ascendūt
 Angeli etiā et archangeli cum gaudio
 occurrunt eis et suscipientes eas vsqz
 ad thronū sancti pducunt. Etē mag-
 na gloria sanctoz angeloz est et ineffa-
 bilis leticie. cū sanctissimas et purissi-
 mas orōnes obtulerint. hxc effrem ab-
 bas Hanc etiā virtutē orōnis pmen-
 dans beatus bern. sic ait. Quid orōne
 pretiosius que deo est sacrificiū ange-
 gelis organum. sanctis puiuiū. oranti-
 bus presidūz. pccatis vnguentū. reus
 scutum. penitentibz remediūz. hostibz
 iaculūz. et temptatis omnibz firmamē-
 tum. hxc bern. Et notandū qd deuota et
 humilis oratio cū ad deū effusa fuerit
 celos penetrat atqz alia multa efficaci-
 ter bona impetrabit vt testat beatus ber-
 nar. sic dicens. Que fidelis humilis
 et feruens orō fuerit. celum sine dubio
 penetrabit. vnde vacua redire nō pote-
 rit. ppter ea semp ad manuz habeatis
 tutissimū orōnis refugiū. nemo vestrū
 parvipendat orōem suam. dico em v-
 bis qz ipse ad quē oramus nō puipen-
 dat eam. priusqz sit ab ore vestro. ipse
 scribi iubet eam in libro suo. et vnū ex
 duobz indubitanter sperare debemus.
 qm aut dabit qd petimus. aut nouit
 nobis vtilius nō dedisse. nos em quid
 oremus sicut oportet nescimus sed mi-
 seret ille sup ignorantia nra et orōnez
 benigne suscipiens qd nobis aut oīno
 non est vtile aut non tācito dari neces-
 se est minime tribuit oīo tñ infructu-
 osa non erit. qm quidem supre cura est
 deo tuo vt quociens ignorans queris

qd tibi inutile est non te exaudiat sup
 hxc s3 mutet illd vtiliori dono. hxc ber.

Filius
Quam itaqz magnum effectum ha-
 beat oratio desidero vt de oratiōe
 dominica que ceteris est eminentior re-
 lieme informare.

Ca. II. Pater. **Q**

De oratione do-
 minica scire debes qd ipsa est
 quam xp̄us instituit excellens oēs ali-
 as in tribz. viz in dignitate. breuitate
 et secunditate In dignitate primo ex-
 cellit. qz a dei filio edita est et docta In
 breuitate excellit scdo. et hoc ppter. vñ.
 Primo vt scias cito. Secundo vt me-
 moret melius. Tercio vt frequentius
 dicat Quarto vt dicens tedio nō affi-
 ciat. Quinto vt nemo de eius ignora-
 tia excuset Sexto vt dñs cito exaudi-
 re ostendat. Seprimo vt magis affe-
 ctu qz voce roget. Tercio orō domin-
 ca alias orōnes pcellit in secunditate.
 qz in eo oīa petenda ptenent. naz oīs
 petitio aut est de bonis adipiscendis.
 aut de malis amouendis. **R** Om-
 ne aut bonū. aut est celeste. aut spūale.
 aut corpale. celeste petit ibi. adueniat
 regnū tuū. spūale ibi. fiat volūtas tua
 Petit etiā tpale cū dicit. panem nrm etc
 Et sic in hac orōne petit omne bonū
 Item omne malū. aut est pteritū et hū-
 ius amorionē petimus ibi. dimitte no-
 bis debita nra etc. Aut futurū. cuius a-
 morio petit ibi. et ne nos inducas Aut
 plens qd amoueri petit ibi. sed libera
 nos a malo. Seprima petitio est quasi
 oīm pfirmatio. Et notandūz qd p. vñ.
 dona spū sancti et p septem petitōnes
 in oratiōe dominica vitat septem mor-
 tali vitia. et iperrant. vñ. brutudines
 et iō de his sunt pauca dicenda. Pna

igitur petitio hec est. Sanctificet nomen tuum. tu qui noscitur es pater cuius nos filij. dominus cuius nos servi. Confirmet in nobis hoc nomen ut non possimus desinere filij esse tui. non enim potest esse bonus filius nisi patri se humiliet. Per hanc excludit omnis superbia et introducit timorem qui est initium sapientie. Inde sequitur prima virtus. scilicet paupertas spiritus. ex qua sequitur prima merces. scilicet regnum celorum. Secunda petitio hec est. Adveniat regnum tuum. hoc est. veniat totus mundus ad regnum tuum. sic excludit invidiam que est dolor felicitatis aliene et introducit donum pietatis. et sequitur secunda virtus que est mansuetudo et impetrat possessionem terre viventium. Tercia petitio est. Fiat voluntas tua. hoc est. oportet sic fiant homines in terra. sicut angeli in celo. et sic excludit ira que impedit ad cognoscendum que sit voluntas dei. et introducit donum scientie que docet equanimiter conversari. Inde sequitur tertia virtus. scilicet luctus pro peccatis propriis et alienis et impetrat solatium eternum. Quarta petitio est. Panem nostrum quotidianum. hodie. hoc est. omnem cibum qui pertinet ad refectum anime. sic excludit accidiam que est fastidium dimittere. et introducit donum fortitudinis. Et sequitur quarta virtus. scilicet esuries et sitis hic in presenti temporalium iusticiam vel spiritualium impetrat eterne beatitudinis satietatem. Quinta petitio est. Et dimitte nobis debita nostra. id est. dimittimus proximis debitum si cut nobis desideramus a deo dimitti. que expellit avariciam introducendo presentium quod est. vade et vende omnia que habes et da pauperibus. quam sequitur quinta beatitudo que est misericordia. que impetrat misericordiam dei. Sexta petitio est. Et ne nos inducas in temptationem. et maxime contra gulam. Unde gula excludit et introducit donum intelligentie quod super-

erat crapulam. Et sequitur sexta virtus scilicet mundicia mentis per quam visio dei impetratur. Septima petitio est. Libera nos a malo. hoc est contra luxuriam et sic excludit hoc vitium. quod per mulieres apostatant etiam sapientes. et introducit donum sapientie. et qui sapor huius gustaverit. a delectationibus luxurie elongabitur. et sequitur pax inter carnem et spiritum. vel inter se et proximum. per quam adoptio filiorum dei impetratur. **S**ic igitur septenarius numerus multum est insignis. Nam septem sunt sacramenta quibus anima purgatur. Sunt et septem dona spiritus sancti quibus anima illustratur. sunt et septem beatitudines quibus anima beatificatur. sunt et septem petitiones in dominica oratione quibus ad deum accedimus. quibus unimur deo in presenti per gratiam et in futuro per gloriam. Dicamus ergo. Pater noster. Dominus quippe noster magis se voluit dici patrem quam dominum. quod ipse amari a nobis appetit non timeri. et ut quasi filij ab ipso celestia et spiritualia. non carnalia et temporalia petamus. De hoc dicit crisostomus. Dominus patrem magis se voluit dici quam dominum. ut fiduciam daret impetrandi. quod servi non impetrant quod petunt. Patrem se vocat non dominum. ut ostendat orantes non servos sed filios esse. qui non cum ysaac mobilem. sed immobilia cum ysaac percipere petunt. **H**ec crisostomus. Dicit etiam de eodem beatus gregorius. Si filium dei te credis. illa pete que tibi expediunt accipere et illum decet dare. si carnalia petis quomodo tibi illa prestabit. que et si habueris precipit tibi ut stemnas. hec gregorius. Non vult ergo conditor ac pater noster. ut ab eo caduca et temporalia petamus sed potius eterna et que ad salutem anime pertinent. Unde abbas ysaac super oratione dominica sic ait. Vide igitur qualis nobis ab ipso qui per il-

lam exorandus est iudice orationis sit
 modulus et forma posita. in qua nulla
 petitio diuitiarum. Nulla memoria dig-
 nitatum. nulla potentatus aut fortitudi-
 nis postulatio. nulla corporis sanitatis
 seu temporalis vite merito preces. Nihil enim
 caducum vult a se nihil vile. nihil tempo-
 rali eternitatis pretio implorari. Itaque ma-
 gnificencie eius ac munificentie eius
 maximam irrogauit iniuriam. quisque his
 sempiternis petitionibus pretermis-
 sis et transitoriis ac caudicibus ab illo malue-
 rit postulare et offensam potius quam pro-
 priationem iudicis sui. utilitate orationis in-
 currit. hęc ysaae. Ubi notandum quod mul-
 ti sunt. qui vocant deum patrem et filium eius
 non sunt. sed potius diaboli. cuius volun-
 tatem persequendo faciunt. et tales in
 suis orationibus non exaudiuntur. De quibus
 richardus. de sancto victore sic dicit. Quam
 multi dei donum deum deprecantur ingre-
 diuntur. et quibus pauci exaudiuntur. Quam
 multi vocant deum patrem in hac oratione
 qui eius non sunt filii. sed illius patris
 de quo scriptum est vos ex parte diaboli
 estis. dei non sunt filii. qui perdidit
 gratiam. et diaboli sunt filii. qui genuit eos
 et nutrit per culpam. hęc richardus. Per hoc
 etiam quod dominus iussit se a suis fidelibus pa-
 trem appellari multa bona includit. que
 assequuntur hos. qui diligunt deum. De
 hoc crisostomus. super mattheum. sic ait. dicen-
 do pater noster et veniam peccatorum et penam interi-
 rum iustificationem et liberationem ac filii-
 orationem adoptionem hereditatem dei ac frater-
 nitatem cum unigenito copulatam. sanctique
 spiritus dona largissima uno sermone sig-
 nificauit. hęc crisostomus. Cum vero dominus in hac
 oratione dicit noster vix pater et non meus
 ostendit per hoc quod non vnus sed multorum
 pater est. Prius enim erat vnus pater. scilicet
 christi per naturam. sed ex tempore factus pater
 multorum per gratiam. Vult etiam deus vo-
 cari ab omnibus communiter pater. ne quis

de nobilitate generis superbiat. Ubi dicit
 beatus augustinus. per hoc quod dicit noster inuitat
 nos ad humilitatem. ut nemo de nobili-
 tate generis superbiat. nemo alium prece-
 nar. omnes enim filii dei sumus. hęc augu-
 stinus. Qui es in celis. Ubi thomas de aquino
 dicit. Ac si diceremus da nobis quod pe-
 timus. quod potens es in aula celesti. ubi
 omne bonum redundat et effluit. Item de eodem
 idem thomas dicit. Cum deus sit ubique dicitur tamen precipue in celis pro-
 ter tria. Primo ut in seruire spiritus
 adoraret. quod spiritus est deus. et qui ad-
 rant eum in spiritu et veritate oportet
 eum adorare. Secundo ut mens ado-
 rantis ad celestia eleuetur. hoc idem sen-
 tit crisostomus. dicens. Qui in celis non ibi
 deumcludens sic ait sed a terra abducens
 orantem et excelsis regionibus affigens
 orantis mentem. hęc crisostomus. Dicamus igitur
 tur. Pater noster qui es in celis sancti-
 ficet nomen tuum. Prima petitio in
 choas. Super hac dominica oratione ysaae
 abbas in prima sua collatione sic ait.
 Cum vniversitatis deum ac dominum pa-
 trem nostrum esse voce propria ostendimus
 de conditione seruili in adoptionem filiorum
 nos ostendimus ascitos adiacentes de-
 inde qui es in celis. ut memoratio
 neque patris vite. qua in hac degimus ter-
 ra velut peregrina atque a patre nostro
 longissime nos septantem. toto horro-
 revitantes. ad illam potius regionem
 in qua patrem nostrum commorari fa-
 temur. summo desiderio properemus
 nihilque admitteremus eiusmodi. quod
 indignos hac nostra possessione et nobili-
 tate tante adoptionis efficiat et heredi-
 tate paterna velut degeneres priuet. et
 nostra faciet nos iusticie eius ac fenerita-
 tis incurrere vindictam. In que filiorum or-
 dinem gradumque profecto illa continuo que est
 in filiis bonis pietate flagrabimur et affe-
 ctu. ut iam non per nostras utilitates sed per

nostri patris gloria totū impēdamus
affectum. dicentes ei. Sanctificet no-
men tuū. nostre desiderii. nostre gaudi-
um. gloriā nostri patris esse restantes.
imitatores effecti illius qui dixit. qui
a semetipso loquitur gloriā ppriā que-
rit. qui autē querit gloriā eius qui mi-
sit illū hic erat ē et iniusticia in eo nō
est. Denique vas electōis hoc repletus
affectū etiā anarxema optat fieri a xpō
dummodo ei familia multa aquirat
et ad gloriā sui patris salus totius isra-
helitice plebis accrescat. hec ysaac ab-
bas. **¶** Debemus ergo desidera-
re ac petere cū dicimus. sanctificet no-
men tuum ut scitas dei ac gloria eius
omnibus hōibus innotescat. nec quicquid
sanctius a creatura rōnabili extra deū
estimeat vel habeat. De hoc dicit beatus
Augustinus. Sanctificet nomen tuū. qd sic
non petis quasi non sit sanctum dei no-
men. sed ut sanctū habeat in hōibus
et ita innotescat deus ut nō estiment a-
liquid sanctius. hec aug. Potest etiam pe-
titiō hec aliter recipi. Unde dicit beatus
Bernardus. Sanctificet nomen tuū. quō san-
ctificari potest ab hōie qui sanctificat om-
nes hōies. aut sanctū nomen quō san-
ctificari potest in quo sanctificant om-
nes sancti. Sed scificamus deū in no-
bis quā scientes eum sanctū timemus
et sollicitè vigilemus ne forte violē-
tiam nomen sanctū eius in nobis per mala
opera. hec bernardus. Dicit etiam de hoc an-
selmus. ut sanctificet quotidie deprecamur.
opus est enim nobis p̄tinua sanctifica-
tione. ut qui quotidie delinquimus deli-
cta nostra sanctificatiōe assidua purge-
mus. hec anselmus. Sanctificet in quā no-
men tuum. ut nōis tui sanctificatiō eo-
rum plenius cunctis innotescat. quo te p̄se-
ctius agnoscere. amare et reuereri pos-
sumus et scificatiōis tue similitudinē
inducendo tibi patri sicut veri filij p̄for-

memur. ut vnus tecū sp̄s efficiamur
in tuam transformari claritatem In-
cipit secunda petitiō. Adueniat regnū
tuum. regnū videlicet future glie. Un-
de thomas de aquino. adueniat regnū
tuum. i. eccia militans vniuersa triūphā-
ti. Dicit etiam de hoc cyprianus. Re-
gnū nostre petimus aduenire a deo nos-
bis repromissum. et xpi sanguine acq-
situm. ut qui in seculo ei seruimus.
postmodū in xpo regnante regnemus
Et iteque beatus thomas de aquino. Ad-
ueniat regnū tuum iocundum sine p̄-
mutatione. tranquillū sine perturbati-
one. letum sine amissione. et p̄terenne
sine terminatiōe. vbi erit vnus amor
omnium electōrum. vbi deifica erit visio
cum interna mentis fructiōe que est ip-
se deus. hec thomas. **X** Et notandum
quod triplex est regnum dei. Unum est fu-
ture glorie. de quo modo dictum est et
promissum. Secundum est quā xpus in-
habitat et possidet corda fidelium p̄ fidē
et dilectiōem suam. De hoc per ipsum
dominum dicit. Regnum dei intra vos
est. Tercium est quod dabit fidelibus
corporibus iam glorificatis post finale
iudicium. De quo dicit. Venite benedi-
cti possidete regnum. Ista p̄memorat
ysaac abbas in expositiōe dñice oratio-
nis ita dicens. Secūda petitiō mētis pu-
rissime aduenire iam iā quod regnum sui
patris exoptat. vel illud. i. quo quoti-
die xps regnat in sanctis. qd ita fit cū
dyaboli impio per extinctiōem ferenti-
um vitiōrum de nostris cordibus expulso.
deus in nobis per virtutū bonā flagra-
ntiam ceperit dominari deuicta fornicā-
tione castitas. superato furore tranq-
litas. calcata supbia humilitas in no-
stra mente regnauerit vel certe illud quod
prestatum tpe omnibus est perfectis ac
dei filijs generaliter repromissum. in
quo dicit eis a xpo. Venite benedicti

patri mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. hec ysaac abbas. Et considerandus quod anima deuota quasi sponsa dei in ipso unico dilecto suo qui escere desiderat. et eius seui amplexibus ardenter sciens. pro cuius amore omnia inferiora ei uoluerunt. quod desideria sua aliter reparare non sperat. nisi tota illic traseat. ubi eum facie ad faciem irrepussa a facie videat. flagitando precatur citius hoc adimpleri. cum apostolo dicente cupio dissolui et esse cum christo. quod quod diu sumus in hoc corpore. peregrinamur a christo domino. et in multis offendimus omnes. ita ut si dixerimus. quod peccatum non habemus nosmet ipsos seducimus. et ueritas in nobis non est. Cum enim peccatum dicatur auersio a summo bono. et e converso ad malum inferius. in quantum inde aduertimur. in tantum peccato non caremus. Et qui magis auertitur magis peccat et qui minus. minus non autem inde auerti non est peregrinantiu sed puenientiu. quod si uoluntatis intentio ei adhaeret. affectus tamen sepius hinc inde distrahitur. memoria multis alijs occupatur et intelligentia cecutiens ipsam ueritatis lucem non pure intuetur. et ex his fit quod aliquando in istis inferioribus impingimur et impellimur ut cadamus nisi dominus manu sua supponat. ut non collidamus. inde gemens dicit. Sicut enim anima mea ad deum fonte uinum hec oramus cum dicimus Adueniat regnum tuum. Ac si dicamus pondere peccati et corpore pregruati non ualemus ad illud uolare. Adueniat igitur regnum tuum et nos celeriter hinc assumat. ut ab ista miseria liberemur. interim in nobis opere tibi regnum in iusticia et pace et gaudio spiritus sancti. ut eo liberius post hanc peregrinationem celestem regnum possideamus. **A** Incipit tertia petitio. fiat uoluntas tua sicut in celo et in terra. super quo sermo thomas de aquino dicit. i. sicut in ciuibz celi ita

et in ciuibz terre. hoc est sicut illi profertur in uoluntate suam uoluntati diuine sic faciant omnes homines existentes in terra restri habitatione. hec thomas. Dicit etiam de hoc crisostomus. Fiat uoluntas tua quod si dicat. presta nobis domine puerfari onem imitari celestem. quatenus quodcumque tu uis. nos etiam uelimus. Et beatus augustinus. Fiat uoluntas tua etc. ut que odiamus. et que amas diligamus. et que precipis impleamus. et sic uoluntati tue erimus conformes. hec augustinus. De hac tertia petitione etiam abbas ysaac in collatione patrum sic ait. tertia supplicatio filiorum est. fiat uoluntas tua qua non potest iam esse maior quam operare ut terrena iam mereantur celestibus coequari. nam quid est aliud dicere fiat uoluntas tua quam ut sint homines similes angelis. Et sicut uoluntas dei ab illis impletur in celo. ita et hi qui in terra sunt non suam sed eius uoluntati faciunt uoluntatem. hoc quoque ex affectu nostro dicere preualebit. non is solus qui credit deum omnia que uidentur uel aduersa uel prospera pro nostris utilitatibus dispensare. magisque eum pro suorum salute et commodis prouidum atque sollicitum quam nos ipsos esse pro nobis. hec ysaac abbas. Et notandum prout dicit beatus augustinus. quod in illo beatitudinis regno uita beata perficitur in sanctis sicut nunc in celestibus angelis. et ideo post illam petitionem qua dicitur. Adueniat regnum tuum sequitur. Fiat uoluntas tua. Sicut enim in angelis qui sunt in celis uoluntas tua fit ut te perferantur. nullo errore obnubilante eorum sapientiaz. nulla miseria impediante eorum beatitudinem. ita fiat in sanctis tuis. qui in terra sunt. et de terra quantum ad corpus pertinet facti sunt. hec augustinus. Ubi considerandum quod quilibet religiosus ac deuotus

homo quasi filius patri per omnia pa-
tere et placere affectans patrem deuo-
te orat ut eum a voluntatis sue beneplaci-
to in nullo discrepare patiat. in acti-
bus. in voluntatibus. in moribus sibi ita
conformem. ut nihil in eo paternos oculos
offendat. hoc solum sibi reputat solacium
et se desiderans ut pater celestis tantum su-
am cum eo voluntatem perficiat. siue ex-
ercendo in aduersis. siue consolando in pro-
speris. vel quocumque alio modo sibi ma-
gis placet. vere filialis et fidelis affectus.
nulla que sua sunt querere. non con-
moda. non honores. non consolationes
sed solum placitum patri. Magnū
est hoc a deo petere. et magnū obtinere
ut tales nos in hoc peccati corpore faci-
at. ut illi summe veritati placeamus
et ab eius directionis regula non deuiemus.
nihil melius. nihil utilius in mun-
do posset nobis conferre summus pater
quod tales nos faceret ut ei per omnia placeamus.
hoc igitur petimus cum dicimus **F**i-
at voluntas tua. ut sicut illi superni ci-
ues ad voluntatem tuam dispositi sunt.
ita et nos pro modulo ad voluntatis tue
beneplacitum disponamur. **B** Inci-
pit quarta petitio. **P**anem nostrum quo-
tidianum da nobis hodie. **S**uper quo ver-
bo **L**eo. de Aquino sic dicit. **P**anis qui
hic petitus est deus qui est cibus angelorum.
et refectio beatorum. qui de celo datur et in
terra comeditur. quo si quis usus fuerit
mortem in eternum non gustabit. **N**am ipse
ait. **E**go sum panis viuus qui de celo
descendit. si quis manducauerit ex hoc
pane uiuet in eternum. hoc ille. **Q**uia igitur
per peccatum vulnerati sumus et quoties
die vulneramur. necesse est ut medicinam
spiritualem nostris vulneribus adhibeamus.
Medicina vero summa est venerabile
sacramentum corporis domini nostri ihesu christi.
De hoc dicit beatus bernardus. **Q**ui vulnus habet
medicinam querat. vulnus ei habemus

dum sub peccatis sumus medicina est
venerabile sacramentum. quod si quotidie acce-
peris quotidie curaberis. **H**ec ber. **H**oc
intelligendum est de illis qui carent pec-
catis mortalibus et in statu gratie existentes.
secus vero facientes peccatum et indigne ac-
cedentes non salutem sed damnationem
incurrunt. **U**bi orandus est dominus ut pa-
nem hunc vite det nobis cum pura con-
scientia sic in presentia vite sumere. ut parti-
cipes illius in eterna patria existere valeamus.
De hoc ysaac abbas sic ait. **P**anem nostrum
supersubstantialē da nobis hodie. id est dum in hoc seculo
in moramur presta nobis hunc panem. **N**oui-
mus enim his qui eum meruerint a te et in
futuro esse prestandum. sed rogamus ut
eum nobis hodie largiaris. quia nisi eum parti-
cipere quis in hac vita meruerit. in alia
eius princeps esse non poterit. **H**ec
ysaac abbas. **D**ebet ergo quilibet deuotus
quasi mendicus et pauper coram diuine et
benigno patre procumbens et inopia sua
ostendens flagitare ab ipso. ut panem gratie
amplioris quo confortetur quo consolatur et
sustentetur ad resistendum malis sibi pre-
stare dignetur. **T**riplici namque pane in-
digemus quem nobis a domino deo no-
stro instanter postulare debemus hoc est
celestis. spirituali et terresti. **C**elestis est cor-
pus christi. de quo ipse dominus ait. **P**anem
dabo vobis de celis. **S**piritualis est
verbum dei et gratia interna mente ab eter-
na inedia virtutum et donorum alimento
reficiens. **D**e hoc dicit per prophetam **E**t panis
cor hominis confirmet. **T**errestis est virtus
et alimentum quo hoc corpus necesse
habet sustentari. **D**e quo dicit crisostomus.
Potest hic panis sumi materialiter.
quem non solum petimus ut habeamus
eo quod communis est iustis et peccatoribus
sed ut quod manducamus de ma-
nu dei accipiamus. quod est tantum bono-
rum. nam illi deus datur panem. qui cum in

sticia acquirat panē. illi vero diabolus qui cū vira acquirat panem. hęc crisost. Et qz omni hora indigemus vt celesti aut spiritali aut corpali ideo semper iubemur postulare panē tā interioris q̄ exterioris hōis cū in orōne domini ca dicimus Panē nostrū quōdianū da nobis hodie. **E** Sequit̄ quinta petitio Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos. Sup quo dōbo thomas de aquino sic dicit. debita dicunt̄ pctā. que nos debitores pene constituūt. que nobis a deo dimitti petimus si in nobis peccātibz offensas relaxamus. hęc thomas. Et notandū sicut ait beatus ang. Si debitozibus nostris. i. eis. qui in nos peccant non dimittimus. ipsa nostra orōne inculpamur. et deū aduersus nos in iracundiā excitamus. et ipsi super nos inducimus maledictionē. sic qz sit vt orō cūz debeat esse salubris fit gloria et pctā nostra que debuimus minuere orando augemus Dicit etiā de hoc crisost. Qui inimicitia in corde et in ore seruat aduersus ledentē non deum orat sed irritat ipm apud deum gratiā non obtinet sed eternam damnationē sibi postulat. hęc crisost. Inde est q̄ ait beatus bern. Venia dei peccatori nō datur. cuius cor rancore aut liuore inuidie afficit. Si igit̄ vis vt tibi peccata a deo dimittant̄. omnis rancor et indignatio a corde tuo euellatur. hęc bern. Dicit etiā beatus gre. Quō orat qui iracundiā aduersus proximum portat. non em̄ speret apud dñm veniam peccatorū suorū. nisi prius ex corde indulserit proximo offensam culpā. nā putat aī yfido. Sicut nullum pficit in vulnere medicamentū si ferruz adhuc in eo sit sic nihil pficit oratio illius. cuius adhuc dolus est in mente vel odiuz in pectore. hęc yfidorus. Sup hac etiā clausula. Dimitte nobis. ysaac abbas in

collatione patrum sic ait. **O** ineffabilis dei clementia. que non soluz nobis tradidit orōnis formā et acceptabilem sibi in nobis mox nostrorum infirmitatū disciplinā. vt p̄ necessitatē tradite formule qua se precipit a nobis semper orari ire pariter ac tristitie euellit radices sed etiā occasionez rogantibz tribuit. eisqz reseruatiam. qua clemens et pius erga se dei p̄sent iudiciū. pmulgarit vel p̄dire. et quē admodū potestātē tribuit. qz iudicis nostri possumus sententiā temperare ad veniā delictorū nostrorū exemplo eū remissionis nostre effectū hortantes cū dicimus dimitte nobis debita nēa sicut et nos. Itaqz securus huius orōnis fiducia de suis admissis veniam postulabat. quisquis remissus erga suos dūtaxat non erga domini sui extiterit debitores. Solemus em̄ non nulli qd̄ est deterius erga illa quidem que admittunt̄ ad iniuriam dei quibus magnorū sint criminū placidos nos et clementissimos exhibere erga nostrorū vero vel puissimaz offensionū debita exactores immites atqz inexorabiles inueniri. Quisquis igit̄ in se delinquerit fratri non ex corde remiserit. nō in indulgentiā sed p̄damnationē de peccatione hac sibi met̄ impertabit. suaqz p̄fectione semetipm̄ p̄scit durius iudicari dicēs. Remitte mihi sicut et ego remisi. Qd̄ cū illi s̄m suam petitionē suū it̄ rep̄itātū quid aliud subsequet̄ q̄ vt exemplo suo implicabili ira et irremissā s̄mā puniat. Ideoqz si clementer volumus iudicari nos quoqz erga illos qui in nos deliquerunt oportet esse clementes. tñ em̄ remitteretur nobis quantum nos remiserimus eis qui nobis quantumqz malignitate nocuerunt. hęc ysaac Unde ea benignitate debemus dimittere in nos quolibet modo peccantibus. qua nobis desideramus dimitti. qd̄

peccauimus. ut eo abundantior in
 dulgentiā nostrorū peccaminū ab ipso
 dño sequi mereamur. **D.** Sequi
 tur sexta petitio. Et ne nos inducas in
 temptatiōem. **Qd** exponens thomas
 sic dicit. i. non pmittas nos succūbere in
 temptatiōe. non em̄ petimus ut non tē
 premur. qz temptari non est malū. sed
 magis est ad virtutis exercitium qñ vi
 riliter resistit. ppter qd̄ dauid dicit. pba
 me dñe et tempta me. sed petimus ne i
 temptatiōem inducamur. i. ne ab ipsa
 temptatiōe deuicamur. **hxc rtho.** Dicit
 etiam beatus augustinus. Non oramus ut
 temptatiōes non veniant. sed ne duca
 mur in temptatiōem. qd̄ est succūbere.
 qz temptatio cui resistit non est pecca
 tum. sed materia exercēde virtutis. **hxc**
augu. **E**t notandū q̄ sine adiu
 torio dei ipsis temptatiōibz resistere
 non valemus. et ideo dōsa nobis vult
 rogari ne inducamur in temptatiōem
 ut erepti a casu temptatiōnū hoc bene
 ficium ab ipso nos habere recognosca
 mus. **Qd** affirmat beatus ambrosius. ita
 dicens. Nihil sit nisi quod deus facit
 aut fieri pmittit. Potens est ergo et a
 malo in bonū deflectere. ac volūtares
 nostras in lapsum p̄nas p̄uerrere et di
 rigere in se planū gressum. Voluit er
 go deus a se posci ne feramur in temp
 tatiōem. qz voluit nos docere q̄ ab ipso
 hoc beneficiū accipimus. qñ dyabolū
 in temptatiōibz supamus. **hxc amb.**
Unde s̄m anselmus. nos monemur hic di
 cere et petere. ne derelicti adiutorio di
 alicui dyabolice temptatiōi vel p̄sen
 tiamus decepti. vel cedamus afflicti.
Sed qz a dyabolo non temptari san
 ctos in p̄ntiuita est impossibile. et ideo
 ne in temptatiōibz derelinq̄mur hoc
 a deo flagitemus. qz resistere dyabolo
 non est nostre virtutis. sed est diuine pote
 statis. **De hoc dicit fulgenius.** Mandat dō

minus ut petamus ne inducamur per
 p̄sensum in delectatiōem. s. carnis mū
 di et dyaboli. **Sup** quo etiā verbo. scz
Et ne nos et̄. ysaac abb. in collatiōe
 pat̄ sic dicit. Si em̄ oramus ut non per
 mitramur temptari vñd̄ erit in nobis
 virtus p̄stantie p̄probanda s̄m illam
 sn̄iam. **Om̄is** vir qui non est temp
 tatus non est p̄batus. Non ergo sonat
 ne inducat nos in temptatiōem quasi
 non pmittat nos aliqui temptari. s̄ ne
 permittat nos in temptatiōe positos
 supari. **Temptatus** est em̄ iob. sed nō
 est inductus in temptatiōem. nō enim
 dedit in sp̄iam deo. nec ad illā ad quā
 traheretur temptatoris voluntatem ore
 impio blasphemus intravit. **Tempta**
tus est abrahā. temptatus est ioseph.
 sed neuter illoz inductus est in temp
 tatiōem. qz nullus eoz p̄sensum p̄rebu
 it temptatori. **hxc ysaac abbas.** **S.**
Considerandū aut̄ q̄ p̄ter infernalē
 damnatiōem nulla ira dei grauior est.
 q̄ non descēdere a peccato. hanc vero
 maxime meref̄ superbia. ingraturudo
 et incuria ut homo p̄fundius cadere p̄
 mittat. hoc est enim qd̄ oramus. **Et** ne
 nos inducas in temp. i. ne permittas
 nos cadere in p̄sensum peccari. **Indu**
cere deus dicit cū non custodit ne indu
 camur. sicut idurare dicit cor peccatoris
 cū hoc per grām non emollit sue inter
 neyctiōis. hoc ergo impugnatōis
 et tribulatōis a nobis timendū est ne
 suo pondere nos opprimat. et per p̄ns
 ad eternam damnatiōem perducatur.
S. **Sequit̄ septima.** S̄ libera nos
 a malo. **Qd** exponens thomas de aqui
 no sic dicit. i. a peccato originali et actua
 li. ab amore mundi. a p̄prio sensu. et a
 p̄pria voluntate. quibz depositis fit hō
 pauper sp̄i. quod totuz sit per sp̄m ti
 moris. **U**nde cum dicit. **Sed libera**
 nos a malo. rogas tibi dari sp̄m timo
 R. j.

.i. p. quem factus pauper spiritu libe-
 ratur a malo. hec thomas Item sup eo
 dem dicit beatus aug. Libera nos a malo
 .i. a mundo vel a peccato vel a purgatorio
 vel ab inferno Et notandum qd multa
 sunt mala. quibz hūana peditio mole-
 stat et quoz pssurā p se minime evade-
 re valet. Que generaliter cōsiderata
 sex modis distinguere possumus. naz
 aliud est malū corpis. aliud aīe Item
 aliud est malū qd est culpa. aliud qd ē
 pena. Item aliud malū pñris seculi.
 aliud est malū futuri. Ab oībz istis et
 ab alijs que p ista pphendunt vel sub
 istis pñent petimus liberari qñ ora-
 mus dicētes Libera nos a malo. Sup
 quo etiā dicit thxophi. sic dicit. a malo vi-
 delicet culpe et pene. Culpe quo ad gra-
 tiam. pene quo ad eternā penā et sic in
 hac orōne petimus ab omni malo libe-
 rari. s. a pñri pterito et futuro. et sūmo
 bono vñri qd ē ipse deus bñdictus in se-
 cula seculoz Amen. Amen aut nec gre-
 cum nec latinū sed hebraicū est. et qñqz
 accipit dicitur p fiat ut in fine orōis
 dicimus Amen. i. fiat nobis deus qd
 a te humiliter petimus. Quñqz accipit
 tur adverbialiter ut xp̄us ait. Amen a-
 men dico vobis .i. firmiter et fideliter.
 Quñ dicit aug. Amen. i. vere et fideliter.
 vere quo ad intellectū. fideliter quo ad
 affectū. et ideo dñs ponit in fine amen
 qz hec orō potissime ex intellectu et af-
 fectu dicēda est. Et sic patet explana-
 tum de orōne dominica Deinde notā-
 dum qd etiam alie diuerse sunt species
 orationū fm statū pditionū seu indigē-
 riam diuersozum hoīm Aliter em̄ sup-
 plicat quis cū alacer est. aliter cū tristi-
 cie vel desperationis pondere p̄grauat
 Aliter cū spūalibz successibus viget.
 Aliter cū impugnationuz mole depri-
 mitur. Aliter cū veniam peccozū iplo-
 rat Aliter cū acquisitionē gratie seu cuius

liber virtutis exposcit vel certe extincti-
 onem cuiuscūqz virtūz deprecatur. aliter
 cū p̄sideratione gelxne ac futuri iudi-
 cij timore p̄pungit. aliter cū spe futu-
 roz bonoz desiderioqz inflammat. ali-
 ter cū necessitatibz et piculis v̄getur.
 aliter cū in tranquillitate et securitate
 versatur. aliter cū factozū celestū reuela-
 tionibz illustratur. aliter cum sterilitate
 virtutū ac sensuū ariditate p̄stringit.
¶ Quñ ap̄la paulus orationuz sp̄s
 quadripartita rōne distinguit dicens.
 Deprecor itaqz primū oīm fieri obse-
 crationes. orōnes. postulationes. gra-
 tiaz actiones. Obsecratio em̄ est pro
 peccatis imploratio. qua pro presentibz
 bus vel p̄teritis admissis suis vnus
 quisqz compunctus veniam deprecatur.
 Orationes sunt quibz aliquid in pe-
 ce domino offerimus vel vouemus deo
¶ Nam oratio est mentis deuotio scdm
 aug. .i. conuersio mentis in deum per
 pium et humilem affectū. **¶** Affe-
 ctus vero orationis est spontanea que-
 dam et dulcis ipsius aīmi inclinatio.
 quo mouet ad orandū deum. et istud
 agitur per orationē que fm damasce.
 est ascensus m̄ris in deū De qua etiā
 dicit beatus augustinus. Oratio est ascensio
 anime de terrestribz ad celestia. inquit
 sitio supnoz inuisibilium desiderium.
 Nihil autē ira deū inclinatur ad pietates
 et misericordiam exhibendam homini
 quēadmodum purus mentis affectus
 quez homo gerit erga deum Oramus
 etiam cū renūciamus huic mundo. et
 sponдемus nos tota intentione deo ser-
 uituros. Oramus cū pollicemur secu-
 lari honore p̄empto et terrenis opibz
 sp̄eris in omni contritione cordis ac
 paupertate spiritus nos domino colē-
 suros. Tercio loco vnunqz postulario-
 nes quas pro alijs q̄diu sumus in ser-
 uore spiritus constituti solemus com-

mittere. vel p caris .s. nostris. vel pro
torius mundi pace poscentes. vel fm
verba apostoli p omnibz hominibz qui
in sublimitate sunt positi supplicam?
vel cu perimus affecutionem alicuius
boni vel alicuius mali nos pturbantis
euatione. **R.** Quarto loco grati
arum actoes ponunt quasmens vel cu
preterita dei recolit beneficia. vel cum
presentia premlaf. seu cum in futurz
que r quanta prepauerit deus his qui
diligunt eum. pspicit gras dno refert.
Ad gratum actiones prinet. beneficia
que accepimus diligenter recolere. sub
tiliter intelligere. fideliter intelligere
fideliter prinerere. studiose pservare. be
neficiam diligere. ac dei offensam ca
uere. r gram acceptam non ociose ne
gligere. Debet nonnunqz quiliber deuo
tus perpendere beneficia dei ra eximia
per que in nobis salute operaf. Quid
aut potest dignius aut sublimius ee qz
corpus r sanguis xpi vel gra spu san
cti r gloria regni celestis. que dat fidei
libz suis preter alia que ab ipso papi
mus iustificatorem a peccato. gratiam
sanctitatis. ad optonem filioz dei. pso
latorem internam. defensionem a piculis.
pfortiu angeloz. r beatitudinem corpo
ris r aie. r visionem dei fruitorem. Pro
his igit omnibz gratias agamus dno
deo nostro. non solu aut p his. sed et
am p alijs donis r beneficijs que deus
suis electis quotidie pfert gratiarum ac
tio illi est psoluenda. Ex quibz quedam
tona pmemorat beatus ber. ita dicens
Quotiens temptatio superaf aut viri
um subiugat. aut imminens periculū
declinat. aut laqueus insidiantis dep
hendit aut annosa r inneterata quecu
qz animi passio semel pfecteqz sanat.
aut multū diuqz cupita r sepius peti
tavitus tandem aliquā dei munere ob
tinet. totiens psonari debet gratiarum

ctio r ad singula queqz beneficia debet
benedici deus in donis suis. hec bernar
dus. Sunt r alia quedā a dno valde
accepta. vitz vox laudis. Sacrificiuz
laudis honorificabit me. istud verosa
crificiū deo nostro psoluimus qm eum
in psalmis dauidicis r ymnis lauda
mus. Quid enim dignius aut accepti
us os carnis ipsi dno potest deprome
re. qz psalmos deuz magnificantes de
cantare. per quos creatura tam ratio
nalis qz irrationalis ad laudandū de
um excitaf. cum dz. Laudate dnm de
celis vel cum dz. Benedicite omnia o
pera domini dno. vel qm dz. Confitemi
ni domino qm bonus. vel cum dz. Te
deum laudamus. r similia que in can
ticis aut psalmis ymnisqz prinentur.
per que p ditor noster summe landatur
Unde sancta ecclesia horas canoicas
decantare statuit. in quibz maxie psal
mi. ymni r cantica pprehendunt. vt si
deles in hac peregrinatōne positi lau
dantes r benedicentes deum post hoc
exilium in celesti patria eo perfectius
cum angelis r ceteris sanctis ibidem
laudare ipsum valeant in eternuz. De
quibz omnibz per psal. dicitur. Beati
qui habitant in domo tua domine. in
secula seculoz laudabunt te.

Filius.

R. Abita informatione de domini
ca oratione. alijsqz speciebz ora
tionū. nunc de distractōe mentis r ali
is impedimentis eiusdem orōnis que
orantibz occurrunt cupio edoceri.

Ca. III. Pater

DE hoc qd que
ris scire debes qz quidam sunt
qui orant nullo corde. quidā cum me
dio corde. quidā aut cū toto corde. Al
li em orant cū nullo corde qui in orōe
positi nec hnt ibi intellectū p intentōz.
R. q.